

8943 rep. Torre Bajra, est Eporediae in episcopo.

capita tria  
VENVS////RAEEWMIV  
C  
F·VI

Vidi, sed legere non potui. Sic descriptam misit Ludovicus Morenus episcopus Eporediensis.

LXXVII. VALLIS DVRIAE (p. 755).

ad n. 6826. Hodie Beinasci in domo comitis Lajolo. Ed. Ant. Bosio in eph. *il Mondo illustrato* a. 4 (1861) Mai. 18 n. 19 p. 304, legens I SIL pro ST·L

LXXVIII. AVGVSTA PRAETORIA (p. 756).

ad n. 6836. Aubert *Aoste* p. 214 aeri incidit.

8945 Aostae.

D M  
L · VINNESI · AVGVS  
A·XXV·D·VI  
TANI / VINES · Q  
5 VARTIO · PATER · ET  
ARVNTIA · AVGVS  
TANA · MATER  
NESFNIM

Vinc. Promis misit a. 1876, dubitans de iis quae dedi inclinatis.

LXXXII. AVGVSTA TAVRINORVM (p. 770).

ad p. 775c. XXIIa. Seguiarius in codice Nemausensi 13810 n. 20 (104/32) sub hac praescriptione: *inscriptions transportées d'Aix en Savoie au Musée de Turin qui n'ont été communiquées par M. François Perez Bayer, prêtre espagnol du Diocèse de Valence, chanoine de Barrell en 1754 qui les avait copiées* proponit titulos musei Taurinensis hos: Taurinenses n. 6969. 6999. 8071, Vardagatenses n. 7459. 7462, Statiellenses 7510. 7511. 7520. 7521. 7524. 7526, Pedemontanos incertos n. 7142. 7143. 7169. 7171. Originis indicatio sine dubio etiam in iis reicienda est, qui unde venerint aliunde traditum non habemus.

ad n. 7003. Crazannes *mém. du midi* 1836 p. 61 collocat in oppido Lectoure in ecclesia S. Thomae, auctores citans cum Boissardum, qui acceperit a Iacobo Crasso Carpentoraectensi, tum lapidarium scriptum inscriptionum Lactoratensium servatum Lecturii in tabulario publico. Titulum loco motum esse apparet aut errore aut fraude.

ad n. 7077. Supple *Epitoux* collata n. 6592.

REGNVM COTTII (p. 808).

ad p. 810. Viennae in Gallia qui nuper prodiit titulus C. Iulii Pacatiani aetatis Severianae (edidit eum A. Allmer *découverte à Vienne d'une statue de bronze* Valentiae 1875), in eo inter reliqua equestria officia a Pacatiano administrata item legitur PI / C (fuit PROC) ALPIVM CORIHARVM. Utrum lapicida errarit R littera male inserta an lateant hic Alpes praeterea ignotae, anceps iudicium est.

LXXXIV. FINES COTTII (p. 811).

De effossionibus quas societas archaeologica Taurinensis a. 1874 instituit Aviglianae, rettulit nuper in actorum eiusdem vol. 1 (1875) p. 19—30 Ariodantes FABRETTI accurate et docte. Pinguntur ibi affabre tituli et anaglypha quae adhuc inde prodierunt.

8944 rep. a. 1873 m. Ian. in agro Eporediensi regione di S. Pietro Sud-ovest-parochia di S. Bernardo.

M  
VA QVI  
VIXIT ANNOS  
LXXXXV RECESS  
5 IT SBD IDVS  
SEPTEMBRIS

Misit Lud. Morenus episcopus Eporediensis.

LXXXI. INTER DVRIAS DVAS (p. 766).

ad n. 6924a. Bertolottius ipse in eph. *la Dora Baltea* 19 Iun. 1873 sic edidit:

...VINTA M  
...F·F·V

Idem eodem loco proposuit fragmenta alia ibidem reperta, ex quibus unum PIVIVSTIMAGER aperte est ipsum principium tituli n. 6917, quem ibidem refert Bertolottius integrum, ex libris scilicet; alterum

IVNOII  
IX

quo spectet nescio. Eidem narravit rector ecclesiae Chiara latere in porta turris campanariae titulum habentem vocabulum SECVNDINO, quem Bertolottius credit esse Levisianum n. 736\*.

ad n. 6946. Dedit item Ferdinandus Colonna-Stigliano Neapolitanus descriptam ita emendate:

IVSTVS  
VIX  
SALVA  
BITVR

Itaque tollenda est utpote medii aevi.

8946/8 ad S. Martini, quae pars est communis Valpergae, ad pedem altaris.

S·F  
A·XXXVI

Ferdinandus Colonna-Stigliano Neapolitanus dedit.

LXXXIII. PEDEMONTANAE INCERTAE (p. 801).

ad n. 7154/6. Alterum exemplum postea accepi a Vincentio Promis, cui dedit amicus. Scriptus est titulus in tabula magna marmorea litteris altis centim. 60, profundis ad centim. 2, quae extat in vico Pino prope Taurinos Chieri oppidum versus in villa *la Commenda* dominorum Quaglia. Duo exempla cum ita tradantur:

Gazzera: P·LE | G·PI· | Q·TR· | 3·LE | VD·CA  
Promis: P·PRVD·Q·TR·PLEB·LEG·P

iam apparet fragmenta sic ordinanda esse et explenda:

1 2 3 4 5 6  
zuir stitib. | VDI·CA | Q·TR· | PLEB·LEG·P | Q·PR

Gazzera scilicet descripsit disposita sic: 3. 5. 6. 2. 4. 1, Promisii amicus sic: 6. 1. 2. 3. 4. 5.

ad n. 7187a. Ex Alciato titulum descripsit Choler f. 42' post Firmanas.